Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

placabilis offerum? ut ex
delicta nra mundatus absol
uas. et mutanda corda tu
dirigas. P. Oplin. Omnis
omnips deus. ut illius salute
tis capiamus effectu. cui
phec mysteria pigmus acr
pimus. P. Ofia mij. Ad cori
Fratres. Videte vocationem
vestram qua vocati
estis. quia non multi sapien
tes secundum carnem. non multi no
biles non multi potentes sed
que stulta sunt hujus mundi
elegit deus. ut confundat sa
pientes. et infirma mundi e
legit deus ut confundat fortia
et ignobilia mundi et contem
ptibilia elegit deus et ea que
non sunt ut ea que sunt destruere
ret ut non glietur omis caro coram
illo. Ex ipso autem vos estis in
xpo jesu. qui factus e sapia
nobis a deo et iustitia et sancti
ficatio et redemptio. ut quem
admodum scriptum est. Qui
gliatur in domino glietur. S. Lucam.
Nullo t. Offerebant illi par
vulos. ut tangeret illos. Di
scipuli autem comminabant offe
rentibus. Quos cum videret
jesus indigne tulit et ait illis.
Sinite parvulos venire ad me.
et ne prohibueritis eos. Talium
est enim regnum dei. Amen dico
vobis. quisquis non receperit
regnum dei velut parvulus non
introibit in illud. Et complex
ans eos et imponens manus
super illos benedicebat eos. Ofia
Ij. Ad thessalonicenses.
Fratres. De caritate fraterna
tis non necesse habemus scribere
vobis. ipsi enim vos a deo didi
stis ut diligatis invicem. Etenim
facitis illud in omnis fres in u
niversa macedonia. Rogamus
vos fres ut habundetis magis
et operam detis ut quietem sitis
et ut vestrum negocium agatis et
operamini manibus vestris sicut p
cepimus vobis et ut honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt.
et ut nullius aliquid deleideretis.
Gra domini nri jesu xpi sit vobi
Nullo t. Dixit S. matheus sacer
dibus principibus sacerdotum et se
moribus ppli. Quid vobis videtur.
Homo quidam habebat duos
filios. et accedens ad primum dixit.
Fili. vade hodie operare in vinea
mea. Ille autem respondens ait. Nolo.
Postea autem penitentia motus
abiit. Accedens autem ad alterum
dixit similiter. At ille respondens ait.
Eo domine. et non ivit. Quis ex
duobus fecit voluntatem patris.
Dicunt primus. Dicit illis
Jesus. Amen dico vobis. quia publi
cani et meretrices precedunt vos